



a b Longitudo centum cubitorum.
 a c Latitudo 1 cubitorum.
 d e Altitudo x x x cubitorum.

f g h i Quatuor deambulatoria, siue potius quatuor ordines columnarum cedrinarum, in inferiori parte de-

mus, numero 1 x
 l z l m Tres ordines columnarum in superiori parte, numero x l v.

n Porticus columnarum, siue porticus domus columnarum, aut porticus seu vestibulum domus saltus Libani, 1 cubitorum longitudinis, & latitudinis x x x. porticus hæc obiecta & coniancta fronti domus columnarum, habebat contignationem vnam deambulationis causa. neque certo numero columnarum constabat, quanuis illi sex adiecerimus in vtroque schemate: quod fecimus vt intelligas eam quoque suum columnarum numerum habuisse, incertum tamen, quod illum Scriptura non exprimat.

Secundum schema domus saltus Libani, in quo & alterum parietem regia ipsius, & alteros fenestrarum superioris mansionis terniones, tibi expressimus. Erant enim in vtroque latere superioris mansionis regie huius rustice, multiplices fenestrarum terniones.

